Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

sicut dixit michi pater sic loquor. Dominica quarta
Gaudete in domino semper iterum dico vobis gaudete. Alla quia prope est
dominus alla. Ante conspectum gentium revelavit iustitiam
suam alleluia alla. Ps. Benedixisti domine terram tuam avertisti captivitatem
Deus qui fidelium mentes unus effi Oratio
cis voluntates da populis tuis id amare quod
precepis id desiderare quod promittis ut inter mundi
nas varietates ubi nra fixa sunt corda ubi vera sint gau
dia. Omne L. e. b. iacobi apli. Omnis dat. spi. dni
datum optimum et omne donum perfectum de sur
sum est descendens a patre luminum. apud quem non
est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio.
voluntarie genuit nos verbo veritatis ut simus
initium aliquod creature eius. Satis fiat mei di
lectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audi
endum tardus autem ad loquendum et tardus ad
iram. Ira enim viri iustitiam dei non operatur. Propter
quod abicientes omnem immundiciam et habundan
tiam malitie. in mansuetudine suscipite insitum
verbum quod potest salvare animas vestras. Alla
Alleluia alleluia. Benedictus es domine deus patrum nostrorum et laudabilis in secula. Alleluia
Illo tempore. Secundum iohannem
Vado ad eum qui me misit: et nemo ex vobis
interrogat me quo vadis. Sed quia hec locutus
sum vobis tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego ve
ritatem dico vobis: expedit vobis ego vadam. Si
enim non abiero paracletus non veniet ad vos. Si au
tem abiero mittam eum ad vos. Et cum venerit
ille arguet mundum de peccato et de iustitia et de iudicio
De peccato quidem quia non crediderunt in me. De iusti